6808

Olędzkie Quietatio

Coram offo et Actis presentibus per comparentes Nobiles Stanislaus et Joannes filij olim Christophori Olędzki Sani mente et corpore existentes palam ac libere recognoverunt Quia sibi Nobilis Albertus olim Pauli Olędzki Quadraginta flor[enos] post debiti olim patri suo per ipsum inscripti persolvit ideo ipsum quietant et inscriptionem cum toto effectu cassant perpetuo.

Kamieńskie Donatio

Coram offo et Actis presentibus Castrensibus Brzescensibus per comparens Nobilis Marina filia olim Baltasari Kamienski Consors Nobilis Mathiae Moikowski cum eiusdem mariti sui ibi tutoris coniugalis personali assistentia et consensu presentanto Sana mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nobili Paulo olim Laurentij Kamienski et ipsius posteris Bona sua omnia mobilia et immobilia in hereditate Kamieńskie Jaśki consistentia se post parentes suos iure naturalis successionis et alio quovis modo ac iuris titulo concernentia in agris hortis aquis pratis campis silvis rubetis et cum omnibus ac singulis utilitatibus fructibus pertinentijs omnique iure suo dominio proprietate ac titulo hereditario nihil sibi ibidem neque suis successoribus reservando prout sola tenuit et in suis metis habentur perpetuis temporibus dedit donavit ac inscripsit Cui iam nomine inscriptionis realem cum pacifica possessione per ministerialem et Nobiles duos accipiendam dat et admittit Submittendo se cum suis successoribus de omnibus bonis memoratum donatarium et eius successores occasione praemissorum ab omni impedimento iudicio quarumvis personarum per easdem inscriptiones tueri defendere evincere et sola per se et per submissas personas non iniuriare sub damnis tribus simplicibus taxatis Et Coram offo praesenti peremptoria responsione Omnibus iuris remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores uti abscindendo et abrenunciando.

Moiki Kamieńskie Reformatio

Coram offo et Actis presentibus Castrensibus Lupinensibus Brzescensibus per comparens Nobilis Mathias filius olim Floriani Moikowski in Moiki heres Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quemadmodum hic idem comparens Nobilis Marina filia olim Baltasari Kamienski consors ipsius Moikowski fassa est ac mutuo recognoverunt inter se reciprocam adunitatem et compromissum omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in hereditate Moiki et alibi ubivis consistentium paternorum maternorum hereditariorum obligatoriorum reformatorum quolibet alio quovis iuris titulo se concernentium ad presens habitorum et in posterum favente divina clementia habendorum et acquirendorum ad extrema vitae sua tempora inscribunt eo modo Quod si prius memoratus Mathias Moikowski quam praefata Marina Kamienska de hac luce decesserit Extunc ipsa Bona eius omnia mobilia et immobilia hereditaria paterna